

et prophetabat dicens: Vide quā bonus d̄s: et facilis indulgere peccatis. Non solum ablata restituit: sed et sperata concedit. Ille dudum mutus prophetat: hec enim gr̄a d̄i maxima. quod eum qui negauerant essentem. Hemo qui diffidat: nemo ueterum est scius delictorum: premia diuina desperet. Non potest dominus mutare sententiam: si tu noueris emendare delictum. Et tu puer: per prophetam atillimi uocaberis. Pulchre eum de domino prophetaret ad prophetam sua uerba euerit: ut hoc quod beneficiū eē d̄ni designaret: ne eum publice enumeraret sua: quasi ingratus tacuisse quod acceperat beneficia uideret: quod agnoscebat in filio. Sed: fortasse aliquid quasi irrationabile nimis excessum putent: quod octo dierum alloquitur infantem: Verum si teneamus: intellegimus: profecto quod potuit uocem patris natus audire: quod marie salutationem ante quā nasceretur audiuit. Sciebat propheta alias esse aures prophetę: que spiritum dei non corpore etate referant. Habebant intellegendi sensum: quod erutandi habebat affectum. Simul illud aduerte: quā paucis elisabeth: quā multis bacharias prophetet. Et utique seculo repletus spiritu loquebatur: sed disciplina seruatur: ut mulier discere magis quam diuina se studeat quā docere. Hec facile ullam prophetasse uberius: quā matrem domini reperimus. Prophetissa maria soror aaron: quā cito cantici uerba conclusit: eademque ubi plurius est locuta eum fratre: nequaquam sui penam sermonis euasit. **De ortu domini saluatoris.** .v.

**F**ACTUM est autem in diebus illis: exiit edictum a cesare augusto: ut censum proficeret uniuersus orbis terre. De ortu saluatoris dicturi: non putamus alienum: ut quod natus sit tempore requiramus. Quod enim professio secularium ad generationem domini pertineret: non ut aduertamus hoc quod diuinum esse mysterium: quod dum professio secularis obtendit: spiritualis implet: non terrarum re